CAP. VI.



de 4, 310, 747, 475 ☽ + 978, 763, 835, 536, 363 duplum, quæ æqualia sunt. Simplo ergo radicis illic est æquale — 13,971 ℞ + 2,052,450,269. Ac cum hoc sit illius radici æquale, hujus ergo quadratum illi ipsi erit æquale. Est autem hujus quadratum

+ 195,188,841, ☽ — 57,349,565,416,398 ℞ + 421,252,106,718,172,361.

Abjice utrinque 195,188,841 ☽ & 978,763,835,536,363, & adde utrinque 57,349,565,416,398 ℞. Stabunt utrinque æqualia; illinc 4, 115, 558, 634 ☽ + 57, 349, 565, 416, 398 ℞; hinc vero, 4,211,573,342,882,635,998, Et in minimis numeris 1 ☽ + 13934 ℞ æquant 1,023,329,690. Peracta æquatione prodit ☉☿ unitatis figuratæ valor 25772.

Cognita semidiametro circuli jam facile habentur anguli. *Nam a ☿ ☉ aufer ☉ α 13971. restabit ☿ α 11801. Et β α est 90665½, & β α ☿ rectus. ergo α β ☿ 7 gr. 30 min. 10 sec. Sed α β vel ♌ δ supra per 3 gr. 0 min. 6 sec. annuebat ad ♌ λ vel β κ, quæ in 5½ gr. Cancri incidit. ergo ♌ ι vel α β in 8½ gr. Cancri. Ergo ☿ β in 16 gr. Cancri.* Sole ergo (assumptis his numeris) perambulante 16 gr. Cancri, Planeta vero medio & æquabili motu in 8½ gr. Capricorni at apparenti circa 27 gr. Scorpionis versante, ♇ ♌ apparet maxima. Quod si Planeta sit ultra 8½ gr. Capricorni, ultra scilicet ♌ ♇, etsi tunc ♌ ♇ minuetur, apparentia tamen augeri poterit in puncto ultra ♈ ob appropinquationem orbium. Quantitas jam statim habetur. *Cum*

CAP. VI.

tur. *Cum enim ☉☿ sit inventa 25772 & ☉ ♌ 476½, erit ☉☿ ♇ 1 gr. 3 min. 32 sec. Ei vero æqualis est ♌ υ ♇ (quem hactenus investigavimus) per XX tertii Euclidis. nimirum quia totus ♌☿ ♇ ad centrum, duplus est ipsius ♌ υ ♇ ad circumferentiam, & vero ☉☿ ♇ dimidius est ipsius ♌☿ ♇. Quod si β δ, κ δ, bisecentur, & λ μ dimidium ipsius β κ assumeretur (quo de infra), tum ♌ ♇ & consequenter ejus angulus ad υ quarta parte posset major fieri.* Ita vides tandem, quantum mea hæc traductio hypotheseos a medio ad apparentem motum Solis in parallaxibus orbis annui turbet.

APERTA igitur est nobis janua per observationes quoque statuendi de eo, quod a priori & a consideratione caussarum motricium deduxeram; scilicet lineam apsidum Planetæ, quæ sola bisecat iter Planetæ in duos semicirculos æquales vigore & quantitate, hanc inquam lineam non præter Solem (ut artificibus placet) sed per ipsum centrum corporis Solis transire. Hoc autem in successu Operis demonstrabo ex observationibus parte quarta & quinta.

JAM EADEM, quantum fieri potest, & in PTOLEMAICA hypothesi deducam.



Centro ☿ scribatur eccentricus Solis ♈, in quo ☿ ♈ sit linea apsidum, & terra immobilis in lineæ ☿ ♈ puncto K versus ♈, & ☿ punctum æstimatum æqualitatis motus Solis. erigantur ex ☿. K. perpendiculares ☿ Σ, K Υ. & connectatur Σ